Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">>

sideum non uideant: cum ipsi ne hominem quidem uideant: quem
uidere se credunt: Non .n. quod oculis subiectum est: non homo: sed hois
receptaculum est: cuius qualitas & figura non ex lineamentis uisculi:
quo continetur: sed ex factis ac moribus pudetur: Quo ergo colunt simu
lacra: corpora sunt hominibus carentia: Quia se corpuribus dediderunt: nec
uident plus aliquid mente q̃ corpore: cum sit animi officiũ ea subtilius cer
nere: quae atq̃ corpulis non pōt intueri: Quos homines idem ille phil
ac poeta grauiter accusat tamq̃ humiles & abiectos: qui contra naturae
suae rationem ad veneranda se terrena prosternant: Aut .n. & faciunt animos
humiles formidine dīum: depressosq̃ premunt ad tūm: Aliud quidem
ille cum hec diceret & sentiebat: Nihil utiq̃ colendum esse: quoniam di
humana non curant: Demq̃ alio loco religiones & cultus deorum ima
ne esse officium confitetur: Nec pietas ulla est velatum sepe uideri: Verte
se ad lapidem atq̃ omnes accedere ad aras & procumbere humi prostratũ:
& pandere palmas: Ante deum delubra nec aras sanguine multo: Spar
gere quadrupedum nec uotis nectere uota: Que profecto si cassa sunt:
non oportet sublimes & excelsos animos aduocari atq̃ in eam prem: sed
nihil aliud q̃ celestia cogitare: Impugnate sunt ergo a prudentioribus falsae
religiones: quia sentiebant esse falsas: sed non est inducta uera: quia qualis
aut ubi est: ignorabant: Itaq̃ sic habuerunt: tamq̃ nulla esset omno:
Quia veram non poterunt inuenire: & eodem mō inciderunt in errore
multo maiorem: q̃ illi: qui falsam tenebant: Nam isti fragilium culto
res quis sint nepti quia caelestia constituunt corruptibilibus atq̃ ter
renis: aliquid tamen sapientiae retinent: & hōe veniam possunt: Quia
summum hominis officium: & si non re ipsa: tamen proposito tenent:
Si quidem hominum atq̃ mutorum uel solum uel certe maximū in re
ligione discrimen est: Hi uero quanto fuerint sapientiores: q̃ intellexerũt
falsae religionis errorem: tanto sunt facti stultiores: q̃ esse aliquam veram
non putauerunt: Itaq̃ qũ facilius est de alienis iudicare: q̃ de suis: dum
aliorum precipitium uident: non prospexerunt quid ante pedes esset: In
utraq̃ igitur parte & summa stultitia inuenitur: & odor quidam sapientiae:
ut possis dubitare: quos dicas potissimum stultiores: illos ne: qui falsam re
ligionem suscipiunt: an eos: qui nullam: Sed ut dixi: uera concedi pōt
impiis: & qui sapientes esse non fateantur: His uero non pōt: qui sapie
tiam professi: stultitiam potius exhibent: Non sum equidem tam imq
uus: ut eos putem diuinare potuisse: ut veritatem p seipsos inuenirēt:
quod ego fieri non posse confitear: Sed hoc ab his exigo: quod ratione ipsa

Cicero in hortensio in religione